UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Censvra Operis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

Visual Library

CENSVRA OPERIS.

Ex mandato ſupremi ſenatus ſanctæ inquiſitionis legi hos commentarios in Apocalypſim Ioannis Apoſtoli, Doctore Blaſio Viegas Luſitano Societatis IESV, publico ſacrarum literarum profeſſore in Eborenſi eiuſdem Societatis Academia auctore. Nihil habent, quod fidei Orthodoxæ repugnet, aut ſanctæ matris Eccleſiæ diffinitionibus contradicat, ſed potius doctrinam ſanam & dictis ſanctorum Patrum conformem. Quare in communem omnium vtilitatem digni erunt, qui excudantur.

Fr. Emmanuel Coelho.

Facultas ſupremi Inquiſitionis Concilij.

Poſſunt excudi hi commentarij in Apocalypſim. Eboræ, 2. Martij, 1599.

Martin. Alfonſo de Mello. Ruy Pirez da Veiga.

Facultas Archiepiſcopi Eborenſis.

Theotonius Dei, & Apoſtolicæ Romanæ ſedis gratia Archiepiſcopus Eborenſis indignus, Commentarios exegeticos Doctoris Blaſij Viegas ex Societate IESV in Apocalypſim Ioannis bona ex parte perlegimus, factáque ex noſtra cõmiſſione diligenti inquiſitione nihil in eis contra fidem, & bonos mores eſſe cognouimus: ſed potius ea eſt Doctoris ſapientiſſimi doctrina, & Chriſtiani pectoris pietas, atque in eruendis difficillimis ſacræ prophetiæ, ſenſibus fœlicitas, atque ingenium, ad animóſque in rerum ſupernaturalium, & cæleſtis Hieruſalem deſiderium inflammandos vis, & efficatia, vt non ſolùm illi concedamus facultatem hoſce commentarios imprimendi, ſed noſtræ etiam Academiæ gratulemur, quòd tam doctos, pios, & inſignes viros & aluerit, & conſummatos viderit.

Eboræ, in noſtra Carthuſia Scalæ cæli, die ſexta Aprilis, ann. Domini 1599.

Archiepiſcopus Eborenſis.

Facultas ſenatus Regij.

Poſſunt mandari typis hi commentarij in Apocalypſim. Oliſippone, 22. Februarij, 1601.

Pereira. D. Daguiar. Fonſequa.

Facultas Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Luſitaniæ.

Ego Chriſtophorus à Gouuea Præpoſitus Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Luſitaniæ, poteſtate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre Claudio Aquauiua Præpoſito noſtro Generali, facultatem concedo, vt commentarij in Apocalypſim Beati Ioannis Apoſtoli, à Patre Blaſio Viegas Doctore Theologo noſtræ Societatis, & publico ſacrarum literarum in noſtra Eborenſi Academia profeſſore compoſiti, & eiuſdem Societatis grauium, doctorúmque virorum iudicio examinati, & approbati typis excudantur. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas ſigilloque noſtro munitas dedimus. Eboræ in noſtro Collegio, decimo ſexto kalendas Iulij, anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi noni.

Chriſtophorus à Gouuea.